



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

7. Totam rem, seu ejus valorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quo *n. sequenti*, vel probabiliter ex eo, quod ementes
de dicto interesse à mercatoribus non sunt admoniti,
de quo *n. 10.* dicam.

9. Tertio Terminus in ejusmodi contractibus præfixus non debet sumi metaphysicè, sed more communi humano & moraliter. Hinc plerumque cæusatur debitor, ex de Lugo t. 2. de Just. t. 18. sect. 2. num. 38. à restituendo interesse creditori, non solum quia dilatio solutionis non fuit peccatum mortale contra Justitiam, sive ob impotentiam solvendi, sive ob inadvertentiam, vel oblivionem: sed etiam quia debitor, ob ipsam fidem putavit non esse creditorem, graviter invitum pro modica illa, & morali dilatione, cum in praxi non solent urgeri ita debitores, ut ipso præfixo die solvant, sed cum aliqua benignitate: credere item plerumque poterunt debitores, dum creditores scientes, & potentes exigere, tamen non exigunt, non esse graviter invitum ad præditam dilationem. Nota illud (potentes) & vid *infra*, *trakt. 4. c. 1. §. 6.*

10. Quotò : supponamus esse invitos creditores ad dandam dilationem solutionis , dubitari solet de damno extraordinario, hoc est, de cessatione lucri , & de damno emergente : An scilicet debitores ex contractu obligentur in conscientia ad solvendum creditoribus hoc interesse, ex mora culpabili, debeant fuisse prius admoniti à creditoribus dicentibus , verbi gratia, solve mihi centum aureos debitos nunc ex censu , secus meas negotiationes exercere non potero , quantum lucrum tu debbis.

Respondeo, negant aliqui ejusmodi monitionem debere praecedere ad hoc, ut obligetur debitor ad praedictum extraordinarium interesse: sic Pet. Navarr. *lib. 13. de rest. cap. 2. num. 181.* Dian. *p. 1. tr. de contrah. resol. 8.* Alii affirmant praecedere omnino debere. Sic Azor. *l. 5. cap. 4. §. 3. de Lugo t. 1. de Inst. d. 18. sect. 2. num. 32.* Vtrumque probabile propter easdem rationes quae in fortiori casu, qui supponit injustam acceptionem, dictae sunt *(sup. n. 3.)* sed supradadditur hec etiam id, quod *ibidem* adverti *num. 4.* et nos quidem affirmantem sententiam amplexabimur *insequis. cap. 8. §. 3. n. 9.* excepta consuetudine mercatorum, &c.

Restitutio ex re accepta, qua ratione obliget statim?

12. Id etiam, ut tota hæc materia de nigra solvendi
absolvatur, hîc erit decernendum.

Regula universalis ex Doctoribus, *suprà in toto hoc s. citatis*: Si quis rem bona fide acceptam advertit esse alienam, statim atque advertit, debet domino sine mora tradere, vel rem, si extet, vel si consumpta est, illud in quo is, qui accepit, factus est ditior, ni tradat, erit in mora, & obligabitur ad restitutionem, etiam secuti interesse ordinarij, & extraordinarij. Hæc regula constat ex dictis his prudenter applicandis. Quare, videndum, utrum mora sit culpabilis, an inculpabilis: utrum creditor possit censeri rationabiliter invitus, an confensus: utrum dilatio sit modica, an magna; & his perpen-sis, decernenda sit obligatio restituendi, si ve quod extat, si ve illius interesse juxta modò dicta.

12. Solum diligenter adverte, moram non esse hic mensurandam à tempore, quo accepta res est; illa enim acceptio, ut hic supponitur, non fuit peccaminosa; sed à tempore, quo quis incipit advertere non esse suam, vel quo incipit rationabiliter dubitare: nec adhibet diligentiam inquiring veritatem, ut diximus l. i. in *dec. cap. 3. §. 7. v. Restitutio*. Præterea non esse considerandum interesse, quod fortè provenit creditori ex re accepta absolute, sed ex re accepta, quæ quando advertitur esse aliena, extet, vel extet aliquid, in quo debitor factus sit ditior. Nam si nec res extet, nec aliquid, in quo is factus sit locupletior, nihil debebit, ut *mox cap. 3.* explicabitur.

13. Si eveniret casus, quo dominus sciret rem suam,
vel id, in quo ex re sua factus es ditior, apud te esse, &

posset te de interesse, quod patitur admonere, et
monere curaret, An obligaberis ad dictum inter-
idem die, quod docuitur n. 3. de iniusta accep-
iniustaque retentione, quia jam in casu, de quo lo-
mur, incipis esse iniustus detentor.

14. Pari modo, si debitor fuisset prius in nulla causa restituendi, postea vero in culpa, recurreret ad hoc, quod data est. quâ nimirum esset obligatus ad restitutionem interesse respondens tempore, in quo fuit in culpa. Verò respondens tempore inculpatum.

§. VII. *Totam rem, seu ejus valorem.*

2. **S**i quis quid injustè accipiat (idem dic, si ini-
damnum inferat) debet sine controversia
reddere, hoc est, non solum rem ablatam, verum et
torum, interesse modo dicto in §. *præ.* & modo debet
explicando. Ratio est, quia secus, non inducitur
æqualitas, &c.

2. Petes : Ultra restitutionem rei, debere petere
aliquid pro injuria, quam quis facit furando ; R^og^o
deo; prædicando à contumelia , vel alio capite,
cum ex ipsa injuria exhibita in usurpatione rei, ali-
quid debetur, silem ex usu, rectè notat Disticill.
jusf. l. r. 2. d. 2. d. 6. n. 122. vide etiam a. n. 114. So-
qui debetur, esset petito venia, quæ certe, vel
solet exigi à Domino, vel faciliè remittitur, modo
sua imple recuperet.

3. Et quia si res ablata extet, vel impermissa
ut facile dicerni queat, non est dubium, eandem du-
bitasti, etiam si ejus pretium quomodocumque crece-
rit. Ratio est, quia quando res crevit, domino crevit
enim fur non fit dominus rei ablatæ, nec potest ejus
augmenti: seu ejus valoris. At si res non extet, cu-
deb. bit fur reddere ejus valorem. Sed ecce difficultas.
Quia enim ratione is erit expendendus: si permolestus
est, & molestius reddidere, magisque implicatum
res distinctiones arque subdilationes Theologorum
Leges Mol. i. 3. d. 725. Lessl. l. 2. cap. 12. an. 16. ibi
d. i. de res. q. 3. p. 11. de Lugo i. 1. de juri. d. 18. lib. 2.
Dicaftil. res. 2. d. 2. d. 3. Castro Pal. disp. pen-
juri. in genere, p. 24. §. 9. alioquin ab ipsis citato.

4. Ego, ut distincte procedam, pramitto, remanere, ac deestricere posse vel intrinsece, hoc est in seipso, pullus equinus adoleſcat, & deinde senescat. Vel intrinsece, ut si triticum nunc valeat singulis mensibus tres aureos, deinde ob multitudinem emporum, tempore. Contra. Hoc posito, figura hunc casum: Petrus futurum Antonio mensuram tritici mense Augusti, cuius legationis valor erat tritum aegreorum, verum, paulo post tritici valorem hyemis primium tempore, crescit ad sex aureos, mense denique sequenti Junij pretium decessit rediitque ad aureos tres, imò ad minus. Idem potest dicere de pullo equi, qui primo tempore valebat sex decem aureis, secundo intrinsece decessit, quia fœdus equus, valuit viginti, triginta, &c. Denique qui post iterum rediit ad decem, imò ad octo, ad quinque, &c.

5. Ut ergo decernamus, quantum debeat Petrus ab Antonio, quando ablatum triticum, vel equum consumpsit, vel vendidit, diligentissime considerandum est, quoniam tempore consumpsit, primòne, secundo, tertio ex dictis: Ni hic distinguamus, confusa nimis erit & intricata tractatio.

Petrus rem ablatam consumit primo tempore.

6. Petrus triticum prædictum consumpsit, vel
didit, vel alienavit, primo illo tempore (nempe
Augusti, quando valebat tribus aureis, & dislin-
gendum, & videndum, An Antonius esset venditurus,
consumpturus primo eodem tempore, an secundo, an
tertio. Si primo non est difficultas, nam clarè Petrus
non damificavit Antonium, nisi in illo valore
currenti, id est, in tribus aureis, tres igitur aureos debet

At si Antonius triticum illud erat venditurus tempore secundo, hoc est, hyeme; quando pluris valebat, quod tritico per hyemem cadit, illud emit majore pretio, v.g. sex aureis, totum hunc valorem, hoc est, sex aureos debet Petrus fur (deductis expensis) reddere. Ratio clara est, quia in toto hoc majore pretio Antonius recipit causam furis, Antonius.

Quid si esset dubium, si venditurus tunc esset? Respondo pro ratione dubij (id quod, omnibus circumstantiis à prudenti expensis, erit decernendum) patet respondere.

Quod si non erat venditurus, nec loco illius aliud tempus, sed erat ipsemet Antonius consumpturus, vel etiam amicis in liberale munus donaturus, quod illo tempore, nec consumpsit, nec amicis donavit: puro adhuc Antonius debet reddere pretium illud maius, quod scilicet exercebat hyemis tempore, quo Antonius consumpturus, vel donaturus erat. Ratio est, quia Petrus injusta causa fuit, ne Antonius re sua sive pro se sive pro amicis crederetur: ergo debet reddere, quanti valebat tritico illius, valebat autem plaris, id est, sex aureis, ut supponimus. Quod dictum est de tritico, dic de pullo equino; si illum vendidit fur primo tempore, sed domini tempore erat vel venditurus, vel donaturus amico, tempore secundo, quo equus adolevit: par enim est ratio ac de tritico, & de ceteris.

Solum adverte expensas necessarias, quia in alendo, equo vel etiam in servando tritico, verè fecisset Antonius, posse à Petro, qui eas fecit subdaci restitutionem, quia scitis, quandoquidem has Antonius non fecit, ut supponimus, plus habere, quam quod exigit damnum, quod illatum excipere, nisi sint compensandæ cum usu, quem ex equo, verbi gratia, fur accepit, ut ex se patet.

Denique: Si Antonius erat venditurus, consumpturus, donaturus, &c. illud triticum, vel equum tertio tempore: nempe, quando minus res sua erat valitura Petrus, qui rem consumpsit primo illo tempore minoris pretij, nihil aliud debet, nisi pretium illius primi temporis, atque adeo tres aureos. Ratio est, quia, ex una parte dominus non est passus interesse ullum; nam servaturus erat rem, usque ad illud tempus minoris pretij, & ex alia parte, cum fur obligetur reddere rem; vel rei pretium, quantum est eo tempore, quo ipse consumpsit (tunc enim fur propter injustam consumptionem subiectionis restituendi rei valorem) obligabitur ad pretium illud primi temporis, quando injustè consumpsit. Quod verò intercurrentis illud maius pretium medij, seu secundi temporis nihil urgeat, contra furem in favorem Antonij, dicitur mox in simili n. 19. & 20.

Quoniam verò cum hic, tunc deinceps dicemus (sibi dominus esset servaturus, &c.) Inquirimus, An excedere debeam domino dicenti, se fore servaturum? Respondeo, in rigore re non obligari, quia præsumere potes dolum. Erunt igitur considerandæ conjecturæ, quibus talem veritatem expiscari certè possis. Quod si certè non possis, sed adhuc vigeat dubitatio, restitendum ad proportionem inventæ, vel non inventæ veritatis, seu ad ratam dubij, ut modò dixi n. 8.

Petrus rem ablata consumpsit secundo tempore.

Quando Petrus fur consumpsit, vel alienavit rem secundo illo tempore, quo res creverat in pretio, verbi gratia, tritici mensura valebat sex aureis, equus viginti; sunt rursus distinguenda tria illa tempora, quibus Antonius rem suam vendidisset, vel consumpsisset, vel donasset, uno verbo, de re sua disposuisset.

Si ergo disposuisset primo illo tempore minoris pretij, dico probabilissimum, imò certum mihi videri, deberi à Petro totum valorem secundi temporis, atque adeo sex aureos pro mensura tritici, viginti pro pullo equo, restituere. Ratio mihi manifesta est, quia illa res dum existit impermissa in medio illo tempore, donata est, non furis: ergo si fur tunc consumpsit, vel

vendidit, rem alterius consumpsit, vel vendidit, certè per injuriam factam domino: ergo, utpote pretium alienæ mercis, sibi retinere licet non potest, sed omnino restituere debet. Et sicuti, si eo tempore majoris pretij Petrus velleret à peccato furti se liberare, & adhuc res aliena apud se exaret, domino reddere deberet totam tandem rem; quomodoque, sive intrinsecè, sive extrinsecè auctam, quia res crevit pro domino, non pro Petro: ita posito, quod eodem tempore iniquè consumit, vel distrahit, alterum tantum in æquivalenti opus restituere.

Quod si disposuisset Antonius de re sua secundo eodem tempore majoris pretij, pari, imò potiori jure Petrus debet valorem hunc majorem reddere. Ratio est clara, quia, dum ipse tunc consumpsit, damnum hujus valoris Antonio intulit.

Denique si Antonius disposuisset de sua prædicta re in tempore minoris pretij: adhuc maius ipsum pretium dictum n. 13. debet Petrus. Ratio est, quia, dum fur injustè destruxit rem tempore, quo valuit majori pretio, contraxit ex debito obligationem reddendi illam, quantum tunc valebat, tota enim, ejusque totus valor erat domini, & ex alia parte rem fore à domino conservandam pro tempore consequenti, quando decrevit pretium, non tollit à fure eam obligationem, quam ex delicto contraxit. Adde nimis esse contra rectam rationem, quod fur reportet lucrum, & distulcat ex duplici suo delicto; nempe ex furto, & ex injusta reconsumptione: sic autem esset, si ipse posset sibi retinere excessum illum pretij.

De expensis factis à fure in alendo, v.g. equo, nisi compensentur cum usu, quem ex equo fur habuit, idem dic, quod modò n. 9. sine dictum est.

Petrus rem ablata consumit tertio tempore.

Quando Petrus consumit rem tempore illo tertio, quo rei pretium decrevit, sive rediens ad primum, sive etiam ad minus, ut si mensura dicti tritici descenderet ad pretium trium, vel duorum aureorum, & equus jam senex ad octo, vel quinque: pari modo videndum est, quandomam ex illis tribus temporibus Antonius rei dominus fuisset rem suam illam consumpturus, vel servaturus, &c.

Si ergo Antonius de re sua disposuisset primo tempore, debet Petrus reddere quanti tunc valebat, atque adeo in exemplis positis tres aureos pro mensura tritici decem pro equo. Ratio est, quia ex una parte Petrus rem consumendo illo primo tempore, obligationem contraxit restituendo valorem illius temporis, quo consumpsit, ut in simili dictum est modò: & ex alia parte, pro tanto pretio damnum intulit Petrus Antonio, non verò pro majore; jam enim, ut supponimus, Antonius rem non erat ad meliora tempora servaturus. Dices: At si medio tempore crevit valor rei, pro domino crevit. Respondeo, ut iam tertio tempore decrevit, ergo pro Domino decrevit: solum igitur Petrus debet pro damno allato, quod solum fuit caruisse Antonium pretio primi illius temporis.

Si verò Antonius de re sua secundo tempore, quod plus res valebat, disposuisset, totum hunc valorem, atque adeo pro mensura dicti tritici sex aureos, pro equo viginti, vel triginta debet Petrus restituere: quia ut sup. in simili n. 7. & 9. dictum est, dum Petrus rem alienam sibi in eo medio tempore retinuit, unde factum est, ut dominus de re sua disponere eo tempore non potuerit, in toto illo valore damnum intulit: ergo totum est refarciendum, exceptis expensis fortè factis, & non compensatis, iuxta dicta eodem n. 9. sine.

Denique: Si Antonius de re sua disposuisset in tertio illo tempore minoris valoris, hunc solum minorem valorem debet reddere Petrus, atque adeo in exemplis positis tres, vel duos aureos pro tritico, decem, vel octo pro equo, quantum scilicet mensura tritici,

Se equus de valore decreverunt. Ratio est quia pro tempore accedenti nullum fecit damnum Antonio Petrus, pro tempore praesenti jam reddit quanti res valer. Pectum enim illud medium maius, licet, ut ita dicam, perierit, dum res fuit in manu furis, aequè tamen perierit in manu domini, quia illo valore, supponimus, Antonius ulus non esset. At *1. fr. §. 9. ex probabili sententia dicimus*, quando res aequè peritura erat in manu domini, sicuti perit in manu furis, nihil à fure debetur, quia in nihilo dominus dannificatus est.

20. Confirmatur: quia, si res extaret, neque satis esset, si solum triticum, suumque equum dominus Petrus redderet; ergo si consumpsit, non nisi valorem ejus temporis debebit, quia non consumpsit nisi rem tanti valoris.

21. Ex expensis, quas medio illo tempore fecit Petrus, eas tantum sibi poterit Petrus compensare (retinendo scilicet aliquid de restitutione) quas necessarium fecisset dominus, si his enim domino non damnum intulit, ut in simili *supra dictum est num. 9. sine*. Quid autem fiet, in dubio, an dominus servaturus esset, &c. Vide *num. 7.*

De Restitutione fructuum rei injustè ablata.

22. Fructus rei injustè ablata, vel injustè retenta, vel etiam injustè destructa, omnes domino debent restitui à fure: lege fuscè apud Sanch. *lib. 2. in Dec. cap. 23. Less. lib. 2. cap. 12. dub. 17. Mol. tom. 3. d. 725. Dicast. lib. 2. de just. tract. 2. d. 2. dub. 5. num. 81.* Ratio est eadem, quæ dicitur *infra c. 3. §. 5. n. 2.* Fructus, inquam, tum rei, qui vocantur fructus naturales, ut est partus Ancillæ, pullus ex equa, herba ex campo sylvestri, glâs ex arbore non culta, &c. tum rei, qui appellantur fructus misti, idest, qui sunt partim ex ipsa natura partim ex industria, sive parva, sive magna, v. g. frumentum, vel fructus, qui colliguntur ex agris, caseus ex ovis, &c. ubi partim adest industria colentis, partim ipsa natura soli, vel ovis.

Dixi (sine magna) nam quando maxima est industria, & modicissima vis naturæ, cum parum pro nihilo reputetur, vocarem potius fructum illum meræ industriae, quam mistum: at in hoc solum casu sequor Thomam Sanch. *loc. cit. num. 48. Dicast. loc. cit. d. 5. dub. 3. n. 30. docentes*, in mistis, ubi plurius est industriae, vocari fructus industriales, ubi plurius naturæ naturales. Sub fructuum mistorum etiam nomine veniunt fructus civiles, quale est pretium locationis domus, vel equi, ad hoc enim lucrum concurrunt domus, vel equus simul cum industria locantis.

Fructus meræ industriae, quale est lucrum, quod ex negotiatione pecuniae alienae acquisiti, non sunt restituendi, quia, quod ex sola industria tua est, tuum esse ipsum lumen naturæ docet, ut potè lucrum personæ, non rei. His jactis fundamentis, sit.

Regula prima.

23. Fructus rei injustè ablata tum naturales, tum misti, semper debentur domino, etiam si apud dominum res non tantum fructificavisset, fructificavit tamen apud possessorem; & etiam si domum, v. g. dominus non locasset, possessor tamen locavit, & etiam si fur fructus illos quomodocunque consumpsisset, nec in ullo fuerit factus ditor; & etiam si illi fructus fuerint percepti à re; per furis diligentiam, perque ejusdem expensas meliorata. Ita Sanch. *loc. cit. n. 130. Less. l. c. n. 119. Mol. l. c. Dicast. loc. cit. n. 84.* alios citantes. Quidquid enim alij dicant in oppositum, apud Sanch. *l. c. n. 130.* quod probabile iudicant Less. *l. c. n. 119.* & Dicast. *l. c. n. 87. cit. Cou. & Sot.* Ratio nostra est, quia res semper fructificat pro suo domino: Et ex alia parte, hæc obligatio oritur ex injusta acceptione; quæ semper manet donec fiat aequalitas, ut sapè dictum est, solum excusari fur poterit in eo casu

quo, sine gravi ipsius culpa fructus sint omnino sumpti; quod, evenire potuit, si, dum ipse vellet restituere, nec posset, destructi casu fuere, &c.

Regula Secunda.

24. Quamvis lucrum ex negotiatione pecuniarum non sit restituendum, tamen restituendum est damnum, quod forè emerit domino, & lucrum, quod cessavit, si eam pecuniam, quæ per te caritativè negotiationem ille tradidisset, ut ex dicto patet. Locus illud, quod dominus non solum communi, sed etiam singulari diligentia de facto percepisset, debet restituere, quod percipere quomodocunque posset casu, vel fortuna. Ita Dicast. *loc. citato, num. 10.* alique. Ratio est, quia in illo damnum passus est dominus ex tua culpa, non verò in hoc.

25. Ex dictis solves illam dubitationem: An possessor malæ fidei teneatur restituere fructus, quos fur non percepit ex re aliena, potuisset tamen percipere: solves, inquam, naviter distinguendo, cum *Less. Mol. Vasquez, aliisque apud Dicast. l. c. n. 75.* si dominus percepturus fuisset, tenebitur fur, quia tunc ex secunda regula fur fuisset domino causa damni, verò dominus non fuisset percepturus, fur neque tenebitur in foro conscientiae (nam in foro exteriori cogitur fur restituere ea, *leg. si fundum, de rei vindicatione*, Sanch. *in decal. lib. 2. c. 2. num. 110.*) quia non dampnificavit dominum, & ex alia parte nullum accepit à re aliena, nec iuste, nec injustè, cum nullus fructus accepit, ut supponimus.

26. Solves item illam aliam difficultatem: An teneatur restituere fructus, quos dominus percepit ex turpi usu suæ rei. Solves, inquam, diligenter distinguendo: si enim percepisset ex re sua inhonestè, idest, peccando, ita ut lucrum secutum fuisset ex ipso peccato, non tenebitur fur illud lucrum restituere, quia lucrum generis lucrum non est fructus rei, sed humanae utilitatis: at si percepisset, licet peccando, non tamen ex lucrum secutum fuisset ex peccato: sed ex re ipsa, ex usu ipsius rei suæ, tenebitur, quia tunc lucrum fuisset fructus rei domini: sic solet obligari fur ad restitutionem pretij locationis domus, quam dominus, cum peccato locasset gheretici. Ita idem Dicast. *l. c. n. 75.*

27. De ejusmodi fructibus multa dicuntur *inferius de restitutione ex re accepta*, quæ omnino sunt hic applicanda ubi etiam propter materiam connexionem aptius quidam expensas possit sibi deducere possit, si forte fidei.

§. VIII. Etiam si res perierit.

¶ Si equus, v. g. injustè acceptus, vel casu perierit in manu furis, vel casu deterior evadat, non periturus, nec deteriorandus in manu domini, faciens omnes, furem debere restituere totum illius valoris, vel quanti existimatur à prudenti viro damnum, quod per illam deteriorationem factum est domino: et etiam damna inde secuta, & in dubio, quod damna consecuta essent, debere pro rata domij compensari. Ita S. Thom. *2. 2. quæst. 62. art. 6. in corp. Sot. Cov. Met. Sylvest. Tol. Petr. Nav. Reb. Val. alique apud Dicast. lib. 2. tract. 2. d. 2. dub. 4. n. 49.* Ratio est, quia fur omnium horum damnorum causa est.

2. Verum, si equus (idem de cæteris rebus) ita perierit, ut verbi gratia, ex incendio casuali, vel per justam hostium incursum, apud furem, ut eodem proisus modo periturus cerèd fuisset apud dominum: Aliqui obligationem restituendi in controversiam vocant. Lege *Contra Reg. peccatum, p. 2. §. 6.* & alios, quos ipse refert. Sed controversia non difficulter solvitur. Assero enim ex sententiâ probabilissimâ, tunc furem nihil debere. Ita Less. *lib. 2. cap. 12. dub. 15. Mol. tom. 3. d. 725. Vasq. de rell. cap. 5. §. 6. dub. 11. num. 66. Dicast. loc. cit. num. 52. cit. Sylv. Attil. Cou. Reb. aliisque*: quia tunc nihil damni re ipsa fuisset intulit,

